



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

6. par nu. 15. uerfi. 14. quæro. Ratio est, quia ea quæ deducta sunt in consuetudine uidentur deducta in conuentione. l. circa. C. locati. & l. quod si nolit §. qui assidua. ff. de edict. edict.

REGULA LVI.

1 Legatum annuum potest præstari pro annis futuris per legat. in l. i. C. de fideicom. & pro præteritis peti etiam potest, in eadem specie in qua debetur, iuxta tex. in l. si certis annis. C. de pact. & ibi Ang. in sua repet. & Bar. in l. i. C. de sacrosanct. eccle. Ita Guid. Pap. q. 576. nu. 5. 6. ratio est, quia aliud pro alio inuito creditore solui non debet.

1 Fallit hæc regula in annona specierum in annis præteritis exigenda, quia præstatio rerum spiciariæ pro annis præteritis potest peti in pecunia numerata tex. est in l. nullo. C. de erog. mil. anno. l. xii. quod not.

1 Fallit etiam quando res est legata. ut ex ea recipiatur annuus redditus, quia eo tunc uideretur res ipsa legata & non redditus. l. si fundum per fideicom. nu. 23. ff. de leg. i.

1 Fallit etiam si non potest consequi ab hærede, & per eum non sterit. Ita notabil. Ias. in l. fideicommissum. nu. 3. ff. de legat. i. & ibi Bal. in d. l. & in l. si non remunerandi §. h. ff. mandat cum aliis ibi allegatis.

REGULA LVII.

1 Legatum factum per maritum uxori de omnibus uestibus quas habet domi. an ueniant uestes existentes pœnes futorem. Tu tene, quod sic. Ratio quia destinatione mariti erat. ut perfectæ domum reducerentur ad beneficium uxoris. Ita respondit Bar. in l. ex facto §. rerum. nu. 2. ff. de hæredib. instit. crem. sing. 64.

1 Fallit 1. quando uestes essent prohibitæ portari. ex forma statuti, uel ex decreto principis. Ita Bar. in l. quamuis. nu. 3. ff. de aur. & arg. leg. licet Bal. teneat quod extimatio
F 2 debez-

debeatur. in l. cum te. nu. 6. C. de donat. ante nupt. & in rubrica. C. de cond. furti.

- 2 Fallit etiam quando uestimentis legatis, ornamenta si per eis essent prohibita, quia cū separari nō possint uel uestes in legato uenirent. Ita sing. Bal. in d. l. cum te. nu. 6. ad fin. C. de donat. ante nupt. & uide cano. in c. iudicatum de testibus.

REGULA LVIII.

- 1 Legatarius in bonis testatoris habet tacitam hypothecam ut l. i. C. communia de legat. ibi non ab re etiam nobis uisum est hypothecariam donare actionem. hoc idem tenet Bal. ibi. col. 4. uerfi. quæro si testator pro legato, R. pa in l. i. in fine. ff. de leg. i. Negus. in tract. de pignore 4. membro. ii. par. princip. 15. cas. ii. ampl. Roma. sing. 598.

- 1 Fallit quando legatum rei alienæ est factum coniunctum personæ, quia nullam habet hypothecam in re legata, sed hæres tenetur præstare extimationem rei legatæ secundum tex. in l. cum alienam. C. de legat. & l. prædicta sequen. C. de fideicom. Bal. not. in consi. 84. testamentum uol. 2. quod not.

- 2 Fallit etiam quando legatum consistit in bonis immobilibus, quia tunc legatario cōperunt 3. actiones. uidelicet actio ex testamento rei uendicatio, & hypothecaria ad legatum consequendum. sed interdum petitur missio in possessionem rei legatæ cum litteris Duca. d. supra. uel rectorū de extra. pro ut quotidie fit. & ita prædicatur, licet aliqui teneant, quod legata debent capi de manu hæredis. & q̄ talis missio debet reuocari per tex. in l. i. C. communia de legat. ibi in rem quidem missionem aboleri. Guid. Papa q. 483.

REGULA LIX.

- 5 Legatum reuocatur propter inimicitiam emergentem inter testat. & legatariū. tex. est in l. ii. §. si. ff. de adm. leg. 1. Fallit